

muliere, & eorum mutuo consensu intellectu, dicat. Ego vos in Matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vel aliis utatur verbis iuxta receptum vnius cuiusq; Pronincia ritum.

¶ Debet etiam scire Parochus quod quando Matrimonium malitiosè impediri potest [si tot precesserint denunciations] dispensat Concilium Trid. ut tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, l. tribus testibus presentibus Matrimonium celebret, sed Parochus non potest dispensare nisi ad hoc peculiare habeat privilegium, l. auctoritate Episcopi, ut tale Matrimonium consummatur antequam denunciations fiat, ut patet loco allegato, ubi dicit Conc. Deinde ante illius consummationem denunciations in Ecclesia fiat, ut, si aliqua subsunt impedimenta facilius detegant, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, ut predictæ denunciations remittant, quod illius prudentie, & iudicio S. Synodus relinquit. De quo Fr. Emanuel. l. p. Sū. c. 212. Cōcl. 4. Pater M. à Veracrucce in Appēdice ad Spec. cōiug. dub. 1. ppositiōne. 6. docet ac pbat ad arbitriū Ordinarij posse publicationes inter missarū solemnias relinqui, siue